505 875

Terrestri Ratione illatienis vulnerum a se et consorte sua instituta tum et processu toto sue in causa obtento quiserat omittit et liberum facit obductionem vulnerum ac processum cassat mortificat et annihilat perpetuis temporibus.

G. Kostro Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Bran: sceñ. personaliter comparens Nobilis Bartholomaeus olim Thomae Lubowicki sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Generoso Cyriaco Kostro olim Generosi Miladioris Kostro Judicis Terrae Bielsceñ. tenetur estque debitus certi veri et liquidi debiti mutuataeque pecuniae decem florenos polon. quam quidem Summam idem ipse recognoscens submittit se ac de bonis suis generaliter omnibus inscribit eidem creditori suo sine pro festo Sancti Martini Pontificis in anno Millesimo Sexcentesimo quadragesimo tertio proxime imminenti soluere aut circa acta officii praesentis reponere repositamque rursus ad se non recipere nec modo quouis effectiue seu arestare sub vadio simili. Et perempta coram officio praesenti renunciatione. omnibus in vniuersum iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis se derelinquendo abscribendo.

Szymborski Stawireie Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Branscenś personaliter comparens Nobilis Gregorius olim Petri Morzydło de Morzydły Stanislawowięta sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. quia Nobili Paulo olim Martini Szymborski Zybalt de Szymbory Włoki medium villae eiusque posteris bonorum suorum in bonis Stawireie consistentium in primo loco cum eorum incipiendo tribus sulcorum et finem cum duobus sulcis a praecesto ad viam Wolinska inter